



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 7

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Beniamin & vltim, fucissus exitus eius, illicitorum matrimo-
nium & adulterij figura iaculus est in Herodem: adu-
lterium pronuntians, etiam qui dimissam à viro duxerit: quo
magis impia et in Herodem oneraret, qui non minus morte quã
repud. odmissam à viro duxerat: & hoc fratre habente ex il-
lâ filiam, & vel eo nomine illius, ex libidinis, non ex legis in-
stantia: a propheten quoq; offrorem legis occide-
rat. Verum illi in secundis nuptiis iniquus ne defuncto
quidem marito putauit solut. in vxorem vinculo matrimoniij.
Pammelius lectionem Montani probasse Tertallia-
num putat. Non igitur defendi nouus error per ve-
terem haresin debet, sed antiquæ veritati cedere, cui
etiam pleriq; nouatores repugnare formidant.

§. 6. Grauis hoc loco & damnandus error Zvvin-
glij, ad cuius normam si Republicam in situas, ac-
tum de magistratum potestate fuerit. Verba eius
proponam, vt cunctis appareat, quid in consultus fer-
uor parturiat. N. sandum, inquit, & in pudens scelus ty-
ranum hic committit, nec solum ipse in culpa est; sed & popu-
lus, qui impudentem viuere impune sinit. Magna nempe
confelsatio est, vbi regiam impudenter viuere, atq; impune
liet. Si aliqua a no, aut amor honesti, & iusti fuisset in po-
pulo, nec passet regem, corripisset, & contumacem eiecisset.

Quanta confulsionem in Republicam impru-
dens inducat credo latere neminem. Si populus in
culpa est, qui regem impudentem viuere impune si-
nit, iudex ergo est regis sui populus, & cum rex adul-
ter, aut raptor est, cum punire ad populum pertinet.
Si confelsati, quod regem non punierint, non in
tantum modo, sed etiam mandatum puniendi ha-
bent, increpare, corripere, contumacem eiecere de-
buerunt. Quid autem integrum in Republica erit, si
in Magistratum tanta plebs furenti licentia conceda-
tur. Si totus populus confelsatus est, qui regem
impudentem non increpat, corripit, eijcit, quid super-
est, nisi vt se quisque illo scelere liberet, & tyrannum
occidat. Multa crudeliter docent, & seditiose Zvvin-
glij, nihil autem hac doctrinâ est perniciosius;
peccata enim regum maiore scelere vindicanda do-
cent.

Alia scriptura & prudentium norma, non docet il-
la reges peccatores occidere, sed patere Dominis et-
nim aduersis. Alio qui etiam Dauid improbus, & po-
pulus confelsatus, qui Saulem, qui Saulem non ma-
chabat vt-
pore Dauidis persecutorem, & Sacerdotum in iefe-
ctorem. Multi regem Iuda, & omnes Israelis impij
fuerunt, non tamen cædem eorum Deus populo
mandauit, nec Prophete populum accusarunt, quod
eos non occiderent, sed quod imitarentur. Improbè
igitur seditioem concitandam hæc ille proponit,
atque ex Wicleffitarum erroribus, qui Magistratum
peccatores tolerandum negabant: quod aliud non
est, quam orbem sanguine vique ad frenos equorum
implere.

§. 7. Timet populum, ne velut Propheta occiso
immultaretur. Non repugnant quæ apud Marcum
6. v. 9. leguntur: Herodes autem insidiabatur illi, & vo-
lebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Io-
annem, sciebat enim virum iustum & sanctum, & custodiebat
eum, & quia eo multa faciebat, & libenter eum auidebat.
Herodes enim in vincula eum coniecit, & occidere
peroptabat, sed metu populi non audebat: acce-
debat & illud quod sciret virum iustum & sanctum, &
eius moribus multa faciebat, vt videlicet se populo
commendaret, spemque moderationis præberet ex
Propheta familiaritate, sic vt Paulum Festus audie-
bat, & Senecam Nero. Vnica igitur causa differendæ
necis erat, metus in famiæ & seditiois, quem in con-
iugio luxuriosa blanditiæ vicerunt. Timebat autem
Herodes Ioannem vt virum iustum & gratiosum a-
pud populum. Ingenium autem est tyrannorum ia-

uidere bonis, fortes trucidare. Vehementer eius de-
siderasse necem Syrus ostendit זבא Zeba, quod est
cum appetitu & delectatione velle.

VERSUS 6.

Die autem natalis Herodis saltauit
filia Herodiadis in medio, & pla-
cuit Herodi.

QUESTIO I.

Quæ celebritas dicit natalis?

§. 1. Marcus fecisse cœnam principibus, & tribu-
nis, & primis Galilee. Τῆς ἑορτῆς, & χ-
λιαρχοῦ καὶ τοῦ ἀρχιερέως. Conuiuium illud Machi un-
te institutum fuit, in eo enim castro Ioannes in carce-
re seruabatur. Dies natalis Syro est, בית הולדה beith
ialdech domus natiuitatis, γενεαλογικῶν, cum natali-
tia ageretur.

§. 2. Principes illi & tribuni paulo post bello Ara-
bico perire: quod Græcus habet ἐν μέσῳ, in medio
apud Syrum est: קדם בביבא kedam memiche, uicarij.
coram assidentibus, & eorum quoq; improbitas osten-
ditur, quibus rex impius hoc spectaculum exhibuit,
haud moribus eorum consentaneum, & proin placi-
tarum.

§. 3. Non est natalitorum dierum vetita celebri-
tas, si iuxta absit, qualis erat apud veteres, idololatria,
aliaque humanae superstitiæ vitia.

§. 4. Maldonatus merito Caluinum accusat, quod
natalitia contiua Herodis approbet, Christi & bea-
tæ Virginis natiuitati impensam honorem reprehendat.
Caluinum excusat Daniel Fossanus: ab eo Hero-
dus Thyseum conuiuium, & in genere omnia lasciuia conu-
uijs reprehensit, non improbare tam n. si quis natali suo sit hilaris.
or. & Deo gratias agat, quod ab eo in hanc lucem productus sit,
sej. ipsi totum consecratum meminerit. Itaq; fieri iniuriam
Caluino queritur. At Maldonatus non omnes ho-
minum natales cum vitio celebrari contendit, sed ex
Hieronymi & Bedæ obseruatione, non nisi impiorū
in Scriptura recenseri verissime contestatur. Nec ab-
solutè Caluinum ob concessam natalium celebratio-
nem reprehendit, sed odiosam illius haresim profcin-
dit, qua hominum natalibus æquus est, Sanctorum
abrogat. Verba Maldonati: Caluinus tamen, quasi cu-
rasset se omnibus in rebus hereticum esse, hunc morem non so-
lum excusat, sed etiam laudat. Hac enim ratione gratias nos
Deo agere, quod in lucem eius beneficio editi sumus: & profite-
ri antea vitam vitam inutiliter et anse gisse. Quis hereticum non
agnoscat spiritum? Pharaonis & Herodis natales dies cele-
brari vult; Petri & Pauli, imo maris Dei; imo Christi na-
talem celebrari prohibet. Vuentium natales, vbi ambitionis
& gloriæ plurimum est, agi laudat: mortuorum, qui Deo ser-
uierunt, & eo iam securi sunt, vbi nulla ambitio nulla hu-
manæ gloriæ esse potest natales agi vitia. Conuiuij homines
nequisimos in lucem editos fuisse Deo gratias agendas esse do-
cet: orationibus, & Laudibus homines sanctissimos, & de Ec-
clesia Christi optime meritos natos esse, si quis Deo gratias agat,
superstitiosum putat. Superiorem vitam inutiliter nobis ef-
fluxisse comessando, & porando agnosceri sanctum est: ieu-
nando & penitentiam agendo profanum, anile, Papisticum,
Quid ita? quia pse dixit.

§. 5. Augustinus tom. 41. ex vtroq; Test. natalem
nostrum celebrari vult, quod templum sumus spiritus
Sancti. Cætera apud eundem lege.

VERSUS 7.

Vnde cum iuramento pollicitus est ei
dare quodcumq; postulasset ab eo.

Handwritten notes in red ink on the right margin, including the word 'Euangelia' and other illegible characters.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.



QVAESTIO I.

Quomodo peccat u Herodes promittendo?

§ 1. **P**rimo quidem stolidam temeritatem, etiam si rem civiliter æstimemus, ut in leuculæ mulierculæ votis fortunam suam collocaret. Quid enim si dimidium regni illa petisset? Quid si aliud, aut stultum, aut damnosum?

Temeritas Herodis. **§ 2.** Deinde flagitiosum etiã fuit, temerariam pollicitationem iuramento confirmate. *μὲν δὲ πρὸς ὅμοιο τὸν οὐρανὸν ἐπαυρόμενος*. hoc enim verbũ propriis sponsonibus servit. Ut spondes, spondeo; Do, ut des.

§ 3. Tertio sceleratio promissum explevit, non enim servandum hoc iuramentum docetur lib. 3 sentent. dist. 33. Nunc superest videre: vtrum omne iuramentum servandum sit. Si enim quis alicui iuraverit contra fidem & charitatem, quod observatum peiorem vergat in exitum, potius est mutandũ quam implendum. Vnde Ambros. Est contra officium Dei non nunquam promissum solvere iuramentum ut in Herod. fecit. Item Iulidorus. In malo promissus ref in se fidem: in turpi voti: non d. cretum. Quod incaute vouisti ne facias: inopia est promissio quæ scelere adimpletur. Idem. Non est observandum sacramentum quo malum in casum promittitur: ut si quis adulteræ constantiam cum eã permanendi polliceatur. Tolerabilius enim est non implere sacramentum, quam permansere in stupro. Item Beda. Si quid nos incautus iurare contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum: libere illud sa uberiori consilio mutandum noverimus: ac magis instante ne escitate peierandum esse nobis, quam provitando periurio in aliud crimen gravius esse diuertentium. Deniq; iuravit David per Deum occidere Nabal virum stultum: sed ad primam intercessionem Abigail femina prudentis remisit minas, reuocavit ensem in vaginam: nec aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit. Item August. Quod David iuravit cum per sanguinis effusionem non implevit, magis propter etas fuit. Iuravit David temere: sed non implevit iuramentum maioris pietate. Ex his alijsq; pluribus ostenditur quãdam iuramenta non esse obseruanda: & qui sic iurat, vehementer peccat: cum autem mutat, bene facit. Qui autem non mutat, dupliciter peccat: & quia iniuste iuravit: & quia facit, quod non debet.

Votum castitatis **§ 4.** Hæc citat etiam & approbat Bullingerus, at non est probandum, quod ipse adiungit: tale esse iuramentum non mensum eorum, qui veniunt per eum ut iuratur, qui quousq; castitatis tenent omnibus sentium. quam stulte fecerunt, qui supposito adulteris, omni immunditia quotidie polluunt. His matrimonium suadet, sed fallit, non enim matrimonio votum soluitur, sed stringitur, & conscientia polluitur. Qui enim votum castitatis habet, continere se debet, & quod promissit, exple. Non potuit ille quod tam multi, & multæ præsterunt? Nec libidinis causa est, votum Deo nuncupatum, sed animus in transversum actus, & promissionis suæ oblitus. Nec profecto si quisquam agat coniugem, vel absente sentiat Satanæ & carnis ad crimen impulsus, recte illi suaseris, ut matrimonio se nouo illiget, sed ut gratia diuina inuocata, corpore castigato fidem conluge, Deo castimoniam conferret. Libidinis enim remedium non est adulterium, sed oratio, ieiunium, labor, studium. Quæ autem peruersitas est, eos, qui castitatem Deo vouerunt, ad sacrilegium incitare, & coniugium vocare, & hoc prætexere nomine culpam?

QVAESTIO II.

An licita saltatio fuerit?

Saltationes lasciuæ. **§ 1.** Ingenue in conuiuia induci ad saltationem non solebant, sed hic nihil mirum sic prostitui filiã adulteræ matris, & lenæ, ut laicã saltationem impium conuiuium ad libidines concitaret. Saltationes alio-

qui honestæ, & quæ sine lenocinio sint, non prohibentur, aliæ naturali & diuina lege vetantur.

§ 6. Gebennensis. & Synodi Caluinianicæ in Francia, exemplo Waldensium saltationes sustulerunt, rectè id quidem, Herodiadis petulantiam in speciem detestari, verum crudelitatem, & libidines auerunt. Non enim gladio truncare seruos Christi scitis habuerunt, sed exquisito cruciatu longa morte necarunt, ut sanguinaria voluptate fruerentur. Nec Herodes quædam uis adulter ad nuptias Baptistam compulsi, at illi Euanangelici, Deo sacras virgines carnificibus suis prostituerunt. Multas faisse saltationes pudicas & virium, agilitatisque exercitationes, non leuitatis fuisse constat. Pollux in onomastico lib. 4. cap. 14. eas recenset.

VERSUS 8.

At illa pramonita à matre sua. Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ.

QVAESTIO I.

Cur petit caput Baptistæ?

§ 1. **N**on petit sua sponte puella, sed forte in scia fraudis maternæ, quanquam iam tenera esse non potuit, quin crudele votum suum esse cognosceret, ideo dicitur ἡ δὲ προσέβλεψεν ἄρα ἡ μάτηρ, incitata à matre. Syrus. אבראג edocta. Causa erat matri, ne Herodes multis Baptistæ admonitionibus persuasus adulteram res suas sibi habere iuberet, ac domo pelleret, adulterium itaq; sanguine præcursoris sancendum putauit. Syrus ad dictam particulam causalem. *ἡ σὰν ἡ ἀρχὴ τοῦ ἐπίσκοποι*. Plinius lib. 9. c. 9. nulla, inquit, sponse ad hoc productus, quod est proprie *ἡ ἑλενα*.

Ludibrio etiam post mortem caput Ioannis habebatur ab improbis, magna Prophetæ, & Dei contumelia; haud dubie enim illa omnia ad monitionis ignominiam, despectumq; instituta fuerunt. Quare & nos è contrario concludimus honorem Sanctoꝝ corporibus exhibitũ, ad ipsorum gloriã pertinere. Quis enim non animaduertit epularum regiarum feruolum fuisse caput Prophetæ *ἐν τῷ αἵματι ἐν τῷ δίσκῳ*? Imo petitio hominis natalem esse fatalem iusto. Καὶ ὁ ἀσπὶς, inquit Chysost. οὐ μὴν ἐὶς καὶ ἠγορίας σωτηρίας τῆς ἀνομιᾶς ἀσπίς. ὁ τὸ ἀσπίς τῆς ἀνομιᾶς ἐστὶν ἡ ἐξέλιξις τῆς ἁμαρτίας, ἡ ἀσπίς τῆς ἀνομιᾶς ἐστὶν ἡ ἐξέλιξις τῆς ἁμαρτίας, ἡ ἀσπίς τῆς ἀνομιᾶς ἐστὶν ἡ ἐξέλιξις τῆς ἁμαρτίας. Tempore quo quæ p̄ se inopportuna, scelus Herodis mirum in modũ animosificat. Nam quod gratias Deo agere oportebat, qui eũ illo die produxit in lucem, iustus nesciendi nam eadem omni tunc: quando vinculum ex gaudio solvere decebat, tunc ad vincula iussu mors suo acis.

QVAESTIO II.

Cur contristatus Herodes?

§ 2. Quisdam simulatè, quasi se dolere cogi ut virum sanctum occidat, idq; vi iuramenti, & religione, alij verè, quia probrosam erat, virum sanctũ coniuiali præcepto, ad saltatriculæ bsanditias occidi: quid enim de tali rege sperarent, aut quid nõ timerent subditis & illi ipsi mensæ assellæ quibus præsentibus hoc fiebat. Marc. 6. 26. *ἐπέβλεψεν*. Et si ergo verè tristatus ob illas causas, simulauit tamen ex alia causa dolorem, ut vultu mentiatum & verbis, tamen videri uoluit religiosus ut occideret.

§ 3. Caluinus hinc concludit vota monastica non magis conscientia ligare, quam magicos exorcismos quod illis coniuncta sit manifesta impietas, ut iuramento Herodis. Respondeo; Deploratæ malitiæ hanc esse extremam dementiam. Quid enim simile habent cum

Dei sui...

Non...

etiam scelere Herodis vota monastica? Voverunt a religio-
sioris castitas auxilio diuino seruanda, Herodes iurat
temere vt morte Prophetæ adulteriū sanciat. Vo-
uent hi paupertatem, vt relictis omnibus Christum
nudū sequantur, Herodes flagitiosus illecebris ebrius,
optandi arbitriū puella permittit, daturus omnia, et-
iam dimidiū regni sui. Deniq; obediētia homini, vice
Dei imperantis promittitur, eaq; in rebus honestis &
licitis prælatitur: at Herodes quod temere, stulte q; iu-
rauit, sceleratissime fecit. Nihil igitur in votis Mona-
sticis sceleris, nihil in iuramento Herodis exculpationis.

§. 4. Non sola religione iuramenti adducebatur
rex vt facinus mandaret, sed propter simul discum-
bentes, ne quis Dei metu, aut reuerentiā factum tan-
tum nefas putet. Opprobria hominum timuit, quasi
rex promissum irritum redderet.

VERSVS 15.

Vespere autem facto, accesserunt ad eum di-
scipuli eius dicentes: Desertus est locus &
hora iam præterit, dimitte turbas, vt e-
untes in castella emant sibi escas. Iesus au-
tem dixit eis, non habent necesse ire: date
illis vos manducare. Responderunt ei: non
habemus hic nisi quinque panes, & duos
piscos. Qui ait eis: afferte mihi illos huc.

QVÆSTIO I.

Quid in historia de quinque panibus obseruandum?

§. 1. Ex monte, vbi requiescere iulli erant, vene-
runt, Vespertinū tempus iam propinquabat.
Tempus præterit tibi, inquit Syrus. Nondum tamen
crepusculum aduenerit, nam ante tenebras & cæna
data est, & discipuli ad nauem compulsi.

§. 2. Syrus habet pro fœno כֶּרֶסֶס fortè legendum
כֶּרֶסֶס enim Panes affert sibi iulli, vt ostenderet se
esse, qui mundū pasceret, & cibo, & verbo, all-goriā
vide apud Hygonem elucidator. annot. 12. in Euang.

§. 3. Discubuerunt, vt Lucas habet cap. 9. 14. per
quinquagenos, vt numerus hominum cognosce-
retur, & ordo seruaretur, ordinis enim amator Deus est.
Inopinata autem Christi munificentiā solatio est fi-
delibus, non defore naturæ, quo sustentetur, si modo
Domino auctori suo sese committat, eiq; confidat.
Non enim est in op'ia timentibus eum, Psal. 32. Non
defect suos Deus, quos condidit.

VERSVS 19.

Et cum iussissent turbā discumbere super scæ-
nā acceptis quinq; panibus & duobus pisci-
bus, aspiciens in cælū benedixit & fregit &
dedit discipulis panes, discipuli autē turba.

QVÆSTIO I.

Quid sit εὐλογοῦν, benedixit?

§. 1. Magna est hoc loco controversia, an εὐλογοῦν
sit εὐχαριστεῖν, an vero εὐχαριστεῖν sit εὐλογοῦν,
considerato cuiusque vocis etymo, & propria e.
Nam Ioannis 6. 11. in hac eadem historia legitur εὐ-
χαριστήσας, gratias agens. Contendunt autem sectarij,
εὐλογοῦν, non referri ad panes, quati panibus benedi-
xerit, sed ad Deum, cui gratias egerit.

Indubitatum est Deo benedixisse, Deum laudasse,
hoc enim est εὐχαριστήσας, sed ita vt Dei gratia aduoce-
tur, quā panes augeant. Benedictionē etiā ad pan-
es pertinere clarus est ex Lucæ cap. 9. v. 14. quam vt
probatione opus habeat. Expresse enim habet, εὐλό-
γησας αὐτοὺς, benedixit eos, sic benedicendi verbo vri-

tur, 1. Cor. 10. 16. εὐλογοῦμεν, quod vel cui benedici-
mus. Sic 1. Timoth. 4. 4. cibus sanctificatur.

§. 2. Quin illo etiam modo Sectarij nonnulli ex-
ponunt. Piscator in Lucam εὐλογοῦσεν, id est, τῶν θεῶν ἡ-
γάσεν, Deos sanctificauit. Aretius, indicasse panes præter
naturæ beneficium consuetum nouo robore, & virtu-
te threpticā imbui, quod quidem ad benedictionem
panibus factam referri commodè potest: non tamen
in eo sita fuit benedictio, vt nouā virtute nutriendi
imbuerentur panes, sed vt auerentur. Bullingerus,
benedixit, interpretatur, orauit, suis auxit, quod tene-
bat in manu: rectius diceret: orando auxit; vtrumq;
enim fecit. Quomodo dū Deus Gen. 1. benedixit vt
multiplicarentur. Miratus itaq; sum etiā contra suos
stare Danielem Toffanum, negat benedictionem ad
panes, asserit ad Deum referri. In confesso est autem
omnem creaturam Dei verbo benedici, & benedicti-
onibus Dei seruari, augeri, integrari, vt merito Beza Beza errori
impium iudicemus, cum benedictiones creaturarum
ad magicos furuos refert.

VERSVS 20.

Et manducauerunt omnes & saturati
sunt, & tulerūt reliquias duode-
cim cophinos fragmentorū plenos.

QVÆSTIO I.

Quantum superflui?

§. 1. Dodecim cophini. Reddentibus singulis in
testimonium, quod superflui erat. ἄρτος ἁ-
βραῖς appellatur, Gen. 4. 16. 17. & Psal. 8. 70. non est
ἄρτος sed ἄρτος. Mensuræ autem modus est ἄρτος vt a viro,
capite vel brachio gestari possit.

§. 2. Cophinus aridorum & liquidorum mensuram
habet; ita Pollux & in liquidis tres choas seu congios
continet, probabile etiam in aridis eandem esse men-
suram, fuere igitur congij 36. Minores sportis fuere,
in altero miraculo σπογίδες sunt sportæ, vt cap. 10. &
11. hic cophini, solebant circumferri Iudæi. Iuuenal.
Satyra 3. de Iudæis quorum cophinus, fœnumq; suppellex,
non dissimilis apud Francones orientales ratio. Fœ-
nū ad tegendum fundum erat. Quinq; millia vicia
alij Euangelistæ, & noster apud Ioannē, vt hic quoq;
videatur addendum. Mulierum & puerorū non mi-
norē numerū crediderim. Potus ē vicino fonte, amne,
imo & mari: dulcis enim erat aqua, & laudatissimas
aquas Iordanis fuisse ex historiis manifestū est. De pi-
scibus etiā esse superflua docet Marcus c. 6. 43. separa-
tim vero pisces in cophinis collocatos fuisse arbitror.

VERSVS 22.

Et statim compulit Iesus discipulos a-
scendere in nauiculam & præcede-
re eum transfretum donec dimitte-
ret turbas.

QVÆSTIO I.

Quomodo iusserit discipulos discedere?

§. 1. Compulit eos inuitos a se recedentes. Ioan. 6.
15. Paulo aliter: sed hæc est historiae series. Ordo histo-
relatis cophinis fragmentorū Iesus, discipulos iussit
ea deferre ad mare, & se præcedere, interim turba eū
laudat, ventura vt raperet, & regē faceret; tū Christus
clam ascendit ad montē, dum quæritur a turba, & A-
postoli interrogantur, quæruntq; aduersa peracti, illi
nauigant, & cum iam ppe Capharnaū esset, ventus or-
tus est, atq; ita tota nocte laborant, nam quarta vigilia
ad eos venit Dominus. Verū quæ in vbi Capharnaū
acta sunt reliqui omiserūt, sed recedent quæ cōsecuta

Handwritten notes in red ink on the right margin, including the word 'Euangelium' and other illegible characters.

